



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

Qvaest. XLVIII. De modo passionis Christi, quantum ad effectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

Peccati cruci-
figentium
Christum
grauitas &
magnitudo
D. Thom.
Bernard

detur aggravare. Huc accedunt alia circumstantia grauius prauorum affectuum, odij, iræ, & inuidie in Christum, qui ex magna superbia, & ambitione oriebantur. Quæ omnia ex historia Evangelica constant, & ex summa illa diligentia importunaque postulatione ac furore, quo in morte Christi procuranda impij Iudæi debacchati sunt. Quo tandem fit, vt peccatum illud saltem in indiuiduo, consideratis omnibus malitiis, & circumstantiis eius, possit estimari grauius omnium, quæ ab hominibus vnquam commissa sunt. Quo sensu potest exponi D. Thom. & idem videtur dixisse Bernard. sermon. quodam de passione Domini peccatum illud fuisse, *Grauius, ac singulare*, quamquam hoc etiam incertum sit, & Bernard. recte intellectus facile possit exponi. Solet vero comparari hoc peccatum cum peccato Adæ, quia illud videtur fuisse grauius propter nocuum generis humani. Sed Bernard. supra videtur hoc peccatum præferre, quia maioris estimationis est dignitas Filij Dei, quam omnes homines: & præsertim, quia non constat illud nocuum esse ita præsum ab Adamo, vt multum aggravaret. Sed de hoc etiam nihil certi definiri potest. An verò quia persona Christi fuit infinita, peccati cruci-figentium Christum fuerit infinitum, & cur Iudæorum demeritum ex illa circumstantia non tantum creuerit, quantum Christi meritum, & satisfactio ex circumstantia personæ patientis, latè tractatum est in priori tomo disp. 4. Sect. 4.

Testimonij
Luc 23.
Expositio
Beda.
Iustin.
Ad. 3.

In solut. ad 1. explicat D. Thom. verba illa Christi, *Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt*, quod illa executio non ad principes, sed ad minores de populo Iudæorum referenda sit. Quæ est expositio Bedæ Lucæ 23. & Iustin. q. 108. Quod si obijcias verba Petri Act. 3. *Scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri*. Respondendum est, illam particulam, *sicut*, dicere similitudinem in ignorantia aliqua, non æqualitatem. Sed difficile creditu est, Christum orasse tantum pro plebe, & non pro principibus. Tum quia ratio est vniuersalis, & illa causa non videtur addita ad limitandam orationem: sed ad facilitandam impetrationem. Tum etiam, quia Christus dedit exemplum dilectionis inimicorum, vnde orare etiam debuit pro principibus Iudæorum, qui erant præcipui inimici eius. Denique, quia effectus illius orationis, quos supra posuimus, etiam in principibus Iudæorum locum habere potuerunt. Quare dici potest, orationem Christi generalè fuisse & illam excusationem ad omnes etiam pertinere posse, quia omnes aliqua ignorantia laborarunt. Nam licet hæc in principibus fuerit affectata, tamen quatenus ex aliqua parte diminuit audaciam, vel irreuerentiam in Deum, potuit ad impetrandam veniam allegari. Et huic expositioni magis videntur fauere omnia, quæ circa hanc orationem ex sanctis Patribus supra tradidimus.

D. Thom.

Caiet.

Gravius pec-
cauerunt
pontifices Iu-
dæorum
quam Iu-
das.

In solut. ad 2. D. Thom. insinuat, grauius peccasse Pontifices Iudæorum, quam Iudam, Pilatumque, & milites eius. Et de hac parte posteriori supra diximus. Circa priorem vero Caietan. censet peccatum Iudæ fuisse grauius, propter maiorem Christi cognitionem, & altiorum statum quem habebat: & propter maiorem ingratitude, ac denique propter maiorem prodicionis turpitudinem. Ad Diuum Thomam autem tacite responderet non definisse contrarium, sed indecisam quæstionem reliquisse. Cæterum ego in primis existimo D. Thomam definisse quæstionem, alias argumento non satisfecisset. Deinde censo, eius sententiam esse veriorum propter duas præcipuas rationes, quas D. Thomas insinuat. Prima est, quia Iudas reuera noluit Christum occidi, neque id futurum existimauit, vt eius poenitentia, quamuis peruersa, declarauit, & supra etiam exposuimus. Et hanc rationem insinuat D. Thomas cum dicit Iudam non tradidisse Christum Pilato

sed Pontificibus. Altera est, quia Iudas ex cupiditate, non ex inuidia, & odio tradidit Christum, sicut principes Iudæorum. His addi potest, quod Principes Iudæorum maiori duritia, & pertinacia in Christo tradendo perdurarunt, quod etiam est signum vehementioris, ac intensioris affectus: quæ omnia, si recte perpendantur, videntur magis peccatum augere.

Solutio ad 3. clara est. Ex ea tamen colligi potest summa quædam totius quæstionis huius de causa efficiente passionis Christi. Illud enim opus, vt fuit actio Iudæorum, nullo modo est tribuenda Christo aut Deo. Quia licet Deus ad eam concurreret, physicè tamquam vniuersalis causa: tamen quia illa actio absolute mala est, in Deum referri non potest: sed hoc modo tribuitur Iudæis, vt proditori- bus, & homicidis Act. 7. Gentibus, vt executori- bus Matth. 20. Lucæ 18. dæmoni, vt primo instigatori, Joannis 13. At vero quatenus illa passio tenuit se ex parte Dei, & Christi, qui voluntate sua illam accepit, permisit, & non impediuit, sic tribuenda est Christo, & Deo. Et ita intelliguntur scripturæ Isaia 53. Ioann. 11. ad Galat. 2. ad Romanos 8. Nec de hac materia aliquid amplius disputandum occurrit.

Causa effi-
ciens passio-
nis Christi
qua.

Act. 7.
Matth. 20.
Luc. 18.
Ioan. 13.

QVÆSTIO XLVIII.

De modo passionis Christi quantum ad effectum, in sex articulos diuisa.



Einde considerandum est de effectu passionis Christi. Et primo de modo efficiendi: secundo de ipso effectu.

Circa primum quaruntur sex.

Primo, *virum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.*

Secundo, *virum per modum satisfactionis.*

Tertio, *virum per modum sacrificij.*

Quarto, *virum per modum redemptionis.*

Quinto, *virum esse redemptorem sit proprium Christi.*

Sexto, *virum causauerit effectum nostre salutis per modum efficientie.*

Sensus Diui Thom. in titulo quæstionis est, agendum esse de modo, quo passio Christi suum effectum operata est. Itaque non hic agitur de modo passionis secundum se, sed de modo, quo influit in effectum. Et hac occasione tractat hic D. Thom. de merito, & satisfactione Christi, & de redemptione nostra, quæ res, quia copiose disputata est à nobis in priori tomo, hoc loco iterum repetenda non erit, ubi nihil noui addendum occurrit, sed quæ in genere dicta sunt de operibus Christi, passioni applicanda sunt.

ARTICVLVS I.

Virum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.



Primum sic proceditur. Videtur, quod passio Christi non causauerit nostram salutem per modum meriti. Passionum enim principia non sunt in nobis. Nullus autem meretur vel laudatur, nisi per id, cuius principium est in ipso. Ergo passio Christi nihil est operata per modum meriti.

264.
Infr. qu. 62.
art. 5. q. 3. d.
18. artic. 1. &
4. d. 1. q. 1. ar.
4. qu. 3. veri.
q. 26. a. 6. ad
20. et 10m.
4. si q. 19. art.
4. & qu. 34.
art. 2.

2. Præf.

2. Præterea, Christus ab initio suæ conceptionis meruit, & sibi, & nobis, ut supra dictum est. Sed superfluum est aliquem iterum mereri id quod ante meruerat. Ergo Christus per suam passionem non meruit nostram salutem.

3. Præterea, Radix merendæ est charitas: Sed charitas Christi non fuit magis augmentata in passione, quam ante. Ergo non magis meruit salutem nostram patiēdo, quam ante fecerat.

Sed contra est, quod super illud Philipp. 2. Propter quod & Deus exaltavit illum, &c. dicit August. Humilitas passionis, claritas est meritum, claritas humilitatis est premium. Sed ipse clarificatus est, non solum in seipso, sed etiam in suis fidelibus: ut ipse dicit Ioan. 17. Ergo videtur, quod ipse meruit salutem suorum fidelium.

Tra. 104. in
Ioann non
procul à fine
tom. 9.

Respondendo dicendum, quod (sicut supra dictum est) Christo data est gratia, non solum sicut singulari personæ, sed in quantum est caput Ecclesiæ: ut scilicet ab ipso redundaret ad membra. Et ideo opera Christi hoc modo se habent tam ad se, quam ad sua membra, sicut se habent opera alterius hominis in gratia constituti ad ipsum. Manifestum est autem, quod quicumque in gratia constituitur, propter iustitiam patitur, ex hoc ipso meretur sibi salutem, secundum illud Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Unde Christus per suam passionem non solum sibi, sed etiam omnibus membris suis meruit salutem.

Ad primum ergo dicendum, quod passio, in quantum huiusmodi, non est meritoria: quia habet principium ab exteriori. Sed secundum quod eam aliquis voluntarie sustinet, sic habet principium ab interiori: & hoc modo est meritoria.

Ad secundum dicendum, quod Christus à principio suæ conceptionis meruit nobis salutem æternam: sed ex parte nostra erant quedam impedimenta, quibus impediabamur consequi effectum præcedentem meritorum. Unde ad removendum illa impedimenta, oportuit Christum pati: ut supra dictum est.

Ad tertium dicendum, quod passio Christi habuit aliquem effectum, quem non habuerunt præcedentia merita: non propter maiorem charitatem, sed propter genus operis, quod erat conveniens tali effectui: ut patet ex rationibus supra inductis de convenientia passionis Christi.

De hoc arti. videantur dicta in priori tomo, disp. 41. Sect. 1. & sequentibus, cum illis coniungendo, quæ diximus disp. 39. Sect. 2. ubi tractavimus, per quos actus Christus meruerit.

In solut. ad 2. & 3. attingit D. Thomas an Christus meruerit aliquid sua passione, quod prioribus actibus non meruerit, & cur meritum nostræ salutis specialiter tribuatur passioni, cum per reliqua opera vitæ suæ etiam nobis meruerit. Sed de his videntur dicta sunt, quæ diximus eodem tomo disp. 4. Sect. 4. in objectione.

ARTICVLVS II.

Utrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum satisfactionis.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod passio Christi non causauerit nostram salutem per modum satisfactionis. Eiusdem enim videtur esse satisfacere, cuius est peccare: sicut patet in alijs penitentia partibus: eiusdem enim est contriti, & confiteri, cuius est peccare. Sed Christus non peccauit: secundum illud 1. Petri 2. Qui peccatum non fecit. Ergo ipse non satisfecit propria passione.

2. Præterea, Nulli satisfecit per maiorem offensam. Sed

maxima offensa fuit perpetrata in Christi passione, quia gravissime peccaverunt qui eum occiderunt: ut supra dictum est. Ergo videtur quod per passionem Christi non potuerit Deo satisfecisse.

3. Præterea, Satisfactio importat æqualitatem quandam ad culpam, cum sit actus iustitiæ. Sed passio Christi non videtur esse æqualis omnibus peccatis humani generis: quia Christus non est passus, secundum diuinitatem, sed secundum carnem: secundum illud 1. Pet. 4. Christo igitur passio in carne: Anima autem in qua est peccatum, prior est quam caro. Non ergo Christus sua passione satisfecit pro peccatis nostris.

Sed contra est, quod in persona eius dicitur Psal. 68. Quæ non rapui, tunc exolvebam. Non autem exolvit qui perfecit non satisfecit. Ergo videtur quod Christus patiēdo, perfecit satisfecit pro peccatis nostris.

Respondendo dicendum, quod ille proprie satisfecit pro offensa, qui exhibet offensam id, quod æque vel magis diligit, quam oderit offensam. Christus autem ex charitate, & obedientia patiēdo, maius Deo aliquid exhibuit, quam exigeret recompensatio totius offensæ humani generis. Primo quidem propter magnitudinem charitatis, ex qua patiebatur. Secundo, propter dignitatem vitæ suæ, quam pro satisfactione ponebat: quæ erat vita Dei, & hominis. Tercio, propter generalitatem passionis, & magnitudinem doloris assumpti: ut supra dictum est. Et ideo passio Christi non solum sufficiens, sed etiam superabundans satisfactio fuit pro peccatis humani generis: secundum illud prima Ioannis secundo. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

Ad primum ergo dicendum, quod caput & membra sunt quasi una persona mystica: & ideo satisfactio Christi ad omnes fideles pertinet, sicut ad sua membra. In quantum etiam duo homines sunt in charitate, unus pro alio satisfacere potest, ut infra patebit. Non autem est similis ratio de confessione, ad quem assumi possunt instrumenta inter quæ computantur etiam amici.

Ad secundum dicendum, quod maior fuit charitas Christi patientis, quam malitia crucifigentium. Et ideo plus potuit Christus satisfacere sua passione, quam crucifixores offendere occidendo: in tantum quod passio Christi sufficiens fuit, & superabundans ad satisfaciendum pro peccatis occidentium ipsum.

Ad tertium dicendum, quod dignitas carnis Christi non est estimanda solum secundum carnis naturam, sed secundum personam assumentem, in quantum scilicet erat caro Dei, ex quo habebat dignitatem infinitam.

Videantur dicta in priori tomo, in tota disp. 4. in sol. ad 1. attingit D. Tho. quæstionem cur unus homo possit satisfacere pro alio: non vero conteri, vel confiteri. Sed hæc res habet proprium locum in materia de satisfactione.

ARTICVLVS III.

Utrum passio Christi operata sit per modum sacrificij.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod passio Christi non sit operata per modum sacrificij. Veritas enim debet respondere figuræ. Sed in sacrificiis veteris legis, quæ erant figure Christi, nunquam in offerebatur caro humana, quinimo hæc sacrificia immunda, & nefanda habebantur: secundum illud Psalm. 105. Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, &

filia-

255.
4. eo c. 15. ad
23 & 24. &
op. c. 10. ca. 18.
col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

col. 6.

filiatum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Cha-
naam. Ergo videtur, quod passio Christi sacrificium dici non
possit.

Lib. 10. col.
paulo à prin
cipio 51

2. Præterea. Augustinus dicit in 10. de Civitate Dei, quod
sacrificium visibile, invisibile sacrificij sacramentum, id est,
sacrum signum est. Sed passio Christi non est signum, sed ma-
gis signatum per alia signa. Ergo videtur, quod passio Christi
non sit sacrificium.

3. Præterea. Quicumque offert sacrificium, aliquod
sacrum facit, ut ipsum nomen sacrificij demonstrat. Illi
autem qui Christum occiderunt, non fecerunt aliquod
sacrum, sed magnam malitiam perpetraverunt. Ergo
passio Christi magis fuit maleficium, quam sacri-
fium.

Sed contra est, quod Apostolus dicit Ephes. 5. Tradidisti se-
metipsum pro nobis, oblationem, & hostiam Deo in odorem
suavitatis.

Lib. 10. c. 6 in
prin. 10. g.

Respondendo dicendum, quod sacrificium proprie dicitur ali-
quid factum in honorem proprie Deo debitum ad eum pla-
candum. Et inde est quod Augustinus dicit in 10. de Civitate
Dei. Verum sacrificium est omne opus quod agitur, ut sancta
societas in hanc eam Deo, relatum scilicet ad illum finem bo-
ni, quo veraciter beati esse possumus. Christus autem (ut ibi-
dem subditur) seipsum obtulit in passione pro nobis, & hoc
ipsum opus quod voluntarie passionem sustinuit. Deo ma-
ximè acceptum fuit, ut pote ex charitate maxime proveni-
ens. Vnde manifestum est, quod passio Christi fuerit verum
sacrificium. Et sicut ipse postea subdit in eodem lib. Huius
veri sacrificij, multiplicia varia, signa erant sacrificia prae-
sanctorum: cum hoc vnum per multa figuraretur, tamquam
verba multas res una diceretur, ut sine fastidio multum com-
mendare: ut. Et cum quatuor considerentur in omni sacri-
ficio (ut Augustinus dicit in 4. de Trim.) scilicet cui offeratur, à
quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse
vnius verusq. mediator per sacrificium pacis reconcilians nos
Deo, vnum cum illo maneret, cui offerebat, vnum in se face-
ret, pro quibus offerebat, vnum ipse esset, qui offerebat, & quod
offerebat.

Lib. 4. ar. 14.
non longe à
fin. tom. 3.

Ad primum ergo dicendum, quod licet veritas respondeat
figure, quantum ad aliquid: non tamen quantum ad
omnia: quia oportet, quod veritas figuram excedat. Et id-
ed convenienter figura huius sacrificij, quo caro Christi offer-
tur pro nobis, fuit caro non hominum, sed aliorum anima-
lium significantium carnem Christi, quae est perfectissi-
mum sacrificium. Primo quidem, quia ex eo quod est hu-
mana natura caro, congrue pro hominibus offertur, & ab
eis sumitur sub sacramento. Secundo, quia ex eo quod erat
passibilis, & mortalis, apta erat immolationi. Tercio, quia
per hoc, quod erat sine peccato, efficax erat ad emundanda
peccata. Quarto, quia ex eo, quod erat caro ipsius offeren-
tis, erat Deo accepta propter ineffabilem charitatem, suam
carnem offerentis. Vnde Augustinus dicit in 4. de Trid.
Quid tam congruenter ab hominibus sumeretur, quod pro
eis offerretur, quam humana caro? & quid tam aptum
huius immolationi, quam caro mortalis? & quid tam
mundum pro mundandis vitiis mortalium, quam sine
contagione carnalis concupiscentia caro, nata in vitro, &
ex vitro virginali? & quid tam grate offerri, & suscipi pos-
set, quam caro sacrificij nostri, corpus effectum sacerdotis
nostri?

Loco citato
in art.

Ad secundum dicendum, quod Augustinus ibi loquitur de sa-
crificij visibilibus figuratibus. Et etiam ipsa passio Christi, li-
cet sit aliquid signatum per alia sacrificia figurata, est tamen
signum alicuius rei observanda à nobis: secundum illud 1. Pet.
4. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione ar-
mamini: quia qui passus est in carne, desit à peccatis, ut iam
non hominum desideris, sed voluntate Dei, quod reliquum est
in carne vivat temporis.

Ad tertium dicendum, quod passio Christi ex parte oc-
cidentium ipsum, fuit maleficium: sed ex parte ipsius ex
charitate patientis, fuit sacrificium. Vnde hoc sacrificium in
ipse Christus obtulisse dicitur: non autem illi, qui eum occi-
derunt.

COMMENTARIUS.

Materiam huius arti, tractavi etiam in superiori
tomo disput. 46. Sect. 1. Cum enim de sacerdo-
tio Christi sermo esset, operæ pretium fuit explicare
proprium illud sacrificium, quoniam est potissimum
actus sacerdotij, & potestas per actus explicanda est.
Hic igitur solum circa D. Thom. rationem occurrit
difficultas. Probat enim Christi passionem fuisse sa-
crificium, quia fuit aliquid factum in honorem pro-
prie Deo debitum ad eum placandum. Quæ ratio
(si solida est) probat circumcissionem Christi fuisse
sacrificium, & ieiunium, orationem, & similia. Nam
in hæc omnia convenit illa ratio sacrificij, quam Di-
uus Thomas ex Augustino sumpsit. Vnde non vide-
tur D. Thom. probare, & consequenter, nec docere
passionem Christi esse proprie, & in rigore sacri-
ficio: sed solum ea lata, & communi significatio-
ne, qua omne opus bonum factum in cultum Dei,
ad eumque placandum, dicitur sacrificium. Et au-
getur difficultas, nam sacrificium proprie dictum
debet esse signum sensibile publica autoritate ad
significandum aliquid sacrum, & spirituale imposi-
tum, & permanenti lege statutum, quæ omnia non
videntur convenire Christi passioni, & morti. Hæc
verò difficultas postulabat ad perfectam sui deci-
sionem, integrum tractatum de natura sacrificij:
Quia vero iam dudum ab initio statuiamus, ne pere-
grinas quaestiones aliunde quasi diuulsas adduce-
remus, & quoniam in sequenti tomo materiam de
sacrificio integrè disputamus, ideo ad dubitatio-
nem positam hoc loco dicendum est, Diuum Thomam
breuiter, accedens sacrificij notionem hoc loco
posuisse. Nam (ut argumentum conuincit) in ea
amplitudine multa continentur, quæ proprie sacri-
ficia non sunt, atque idcirco addendum est, de ra-
tione sacrificij esse, ut sit oblatio exterior & sacra,
ordinata ad colendum, vel placandum Deum pu-
blico, & solenni ritu. Agitur enim hic præcipue de
sacrificio propitiatorio, quod est actus sacerdotis
proprie dicti, qui (ut Paulus ait ad Hebræos. 5.) ex
hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in
his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro pecca-
tis. Quam rationem sacrificij etiam in superiori
tomo sufficienter explicatam reliquimus, & ex ea
optimè concluditur, Christi passionem & mortem
fuisse verum ac proprium sacrificium, quia per eam
Christus se obtulit oblationem, & hostiam Deo in odo-
rem suavitatis, ad Ephesios 5. ad Hebræos 5. & se-
quentibus. Fuit etiam illa oblatio à Deo ordinata, &
instituta, tamquam supremus cultus illi offerendus
pro toto genere humano in satisfactionem, & re-
conciliationem eius, & ad hunc cultum offerendum,
Christum summum Sacerdotem ordinavit, ut præ-
dicto loco latius explicatum est. Ad argumentum
ergo respondetur non esse eandem rationem de al-
ijs actionibus, vel operibus Christi. Tum quia alia
non sunt ita ordinata ad placandum Deum, & con-
summandam redemptionem, sicut passio, & mors:
tum etiam quia de ratione sacrificij est, ut victima a-
liquo modo conficiatur, & immutetur in honorem
Dei, quod factum est per passionem: non verò per
alias actiones. Sicut verò qui dicant, totà Christi vitā
fuisse veluti vnicū sacrificium, quod in morte con-
summatū est. Quod pie dictū est, non tamē in rigo-
re, secundū propriam rationē sacrificij. Quin potius
neq. tota passio videtur proprie, & intrinsecè perti-
nere ad rationem sacrificij; sed solū id, quod Chri-
stus in

Dubium.

D. Thom.
Augustin.

Responsio.

Hebr. 5.
Passio Christi
quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro pecca-
tis. Quam rationem sacrificij etiam in superiori
tomo sufficienter explicatam reliquimus, & ex ea
optimè concluditur, Christi passionem & mortem
fuisse verum ac proprium sacrificium, quia per eam
Christus se obtulit oblationem, & hostiam Deo in odo-
rem suavitatis, ad Ephesios 5. ad Hebræos 5. & se-
quentibus. Fuit etiam illa oblatio à Deo ordinata, &
instituta, tamquam supremus cultus illi offerendus
pro toto genere humano in satisfactionem, & re-
conciliationem eius, & ad hunc cultum offerendum,
Christum summum Sacerdotem ordinavit, ut præ-
dicto loco latius explicatum est. Ad argumentum
ergo respondetur non esse eandem rationem de al-
ijs actionibus, vel operibus Christi. Tum quia alia
non sunt ita ordinata ad placandum Deum, & con-
summandam redemptionem, sicut passio, & mors:
tum etiam quia de ratione sacrificij est, ut victima a-
liquo modo conficiatur, & immutetur in honorem
Dei, quod factum est per passionem: non verò per
alias actiones. Sicut verò qui dicant, totā Christi vitā
fuisse veluti vnicū sacrificium, quod in morte con-
summatū est. Quod pie dictū est, non tamē in rigo-
re, secundū propriam rationē sacrificij. Quin potius
neq. tota passio videtur proprie, & intrinsecè perti-
nere ad rationem sacrificij; sed solū id, quod Chri-
stus in

Ephes. 5.
Hebr. 5.

stus in cruce passus est. Ibi enim accepit vulnera le-
thalia, & ad illius mortem proxime ordinata. Et id-
eo dicitur à Patribus hoc sacrificium oblatum in al-
tari crucis, ut videret licet in Leone Papa epist. 74. ad
Episcopos Palestinæ. Et multi eo modo exponunt
verba Pauli ad Heb. 13. *Habemus altare, de quo edere non
habent potestatem, qui tabernaculo de seruiunt.* Et colligi
etiam potest ex Paulo ibidem dicente: *Quorum ani-
malium inferitur sanguis pro peccato, horum corpora cre-
mantur extra castra, ita & Iesus, ut sanctificaret per suum
sanguinem populum, extra portam passus est:* indicans in
mysterio crucis, quod extra portam peractum est,
oblatum fuisse hoc sacrificium. Ideo etiam Christus
portans crucem dicitur fuisse significatus in Isaac
portante ligna ad sacrificium. Igitur reliqua, quæ an-
tecesserunt, fuerunt quasi via, & applicatio victimæ
ad sacrificium non sine magno mysterio, & diuina
ordinatione velut ritui mystico extra portam in al-
tari crucis, manibus extensis, solenni die Paschæ
consummatum est.

Ad aliam difficultatem, quod sacrificium oportet
esse signum sensibile. Respondetur, duplicem signifi-
cationem posse in sacrificio excogitari, aliam mo-
ralem, de qua dixit Augustinus lib. 10. de ciuitate c. 5.
Sacrificium visibile inuisibilis sacrificij signum esse: aliam
mythicam, de qua dixit August. lib. 1. contra aduers.
legis, & Proph. capit. 18. *Vnum verum, & singulare sacri-
ficium Christi multis esse antea sacrificiorum significatum
figuris.* Prior significatio est essentialis omni sacri-
ficio, quia sine illa esse non potest verus cultus patriæ,
quod est de essentia sacrificij: & hæc significatio in
Christi sacrificio inuenta est. Significabat enim in-
terdum sacrificium, quo Christus vitam suam offe-
rebat ad placandam Deum, significabat etiam de-
structionem peccati, & ipsius mortis mortem, quam
sacrificium illud operatum erat. Posterior autem
significatio non est de essentia sacrificij, sed inuenta
est in omnibus sacrificijs veris, & à Deo, vel ex sin-
gulari eius inspiratione institutis, vel in expectatione,
vel in commemorationem sacrificij Christi.
At vero in sacrificio Christi, quod fuit prototypus
cæterorum sacrificiorum, non oportuit significatio-
nem illam inueniri, sed potius ipsum per cætera sa-
crificia significari.

Et ex his ad alteram partem (scilicet quod oport-
tebat sacrificium lege stabiliri) responderetur, illud ef-
se verum de sacrificio (vt ita dicam) legali, quod cum
lege durat, non vero de sacrificio, quod est supra om-
nem legem communiter hominibus impositam,
quale fuit sacrificium Christi, quod causa vniuersa-
lis, & exemplar sacrificiorum omnium, finisque le-
gis veteris, ac principium, & fundamentum nouæ,
fuit.

ARTICVLVS IV.

*Virum passio Christi operata sit nostram salutem per
modum redemptionis.*



Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod
passio Christi non sit operata nostram sa-
lutem per modum redemptionis. Nullus eni-
nim emit, vel redemit quod suum esse non
desit. Sed homines nunquam desierunt ef-
se Dei: secundum illud Psal. 23. *Domini est terra, & plenitudo
eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.* Ergo vi-
detur, quod Christus redemit nos sua passione.

2. Præterea. Sicut Augustinus dicit 13. de Trinitate Dia-
bolus à Christo iustitia superandus fuit. Sed hoc exigit ius-
titia, vt ille qui inuasit dolose rem alienam, debeat priua-
rica, quia fraus, & dolus nemini debet patrocinari, vt et-
iam iura humana dicunt. Cum ergo diabolus creaturam

A Dei, scilicet hominem, dolose deceperit, & sibi subiunguerit,
videtur, quod non debuerit homo per modum redemptionis
ab eius eripi potestate.

3. Præterea. Quicumque emit, aut redemit aliquid, pre-
tium soluit ei, qui possidebat. Sed Christus non soluit sangui-
nem suum (qui dicitur esse pretium redemptionis nostræ) dia-
bolo, qui nos captiuos tenebat. Non ergo Christus sua passione
nos redemit.

Sed contra est, quod dicitur 1. Pet. 1. *Non corruptibilibus
auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione
paterna traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni imma-
culati, & incontaminati Christi.* Et Galat. 3. dicitur. *Chri-
stus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledi-
ctum.* Dicitur autem pro nobis factus maledictum, in quan-
tum pro nobis passus est in ligno vt supra dictum est. Ergo per
passionem suam nos redemit.

Respondeo dicendum, quod per peccatum dupliciter ho-
mo obligatus erat. Primo quidem seruitute peccati, quo-
niam qui facit peccatum, seruus est peccati: vt dicitur Ioannis
octauo, & prima Petri secundo. A quo quis superatus est, hu-
ius & seruus est. Quia igitur diabolus hominem superauerat, in-
ducendo eum ad peccatum, homo seruus erat diaboli additus
erat. Secundo: quantum ad reatum pœnæ, quo homo erat
obligatus secundum Dei iustitiam. Et hoc etiam est serui-
tus quadam, ad seruitutem enim pertinet, quod aliquis pa-
tiatur quod non vult: cum liberi hominis sit vti seipso, vt
vult. Quia igitur passio Christi fuit sufficiens, & super-
abundans satisfactio pro peccato, & reatu pœnæ generis hu-
mani: eius passio fuit quasi quoddam pretium, per quod libe-
rati sumus ab vtriusque obligatione. Nam ipsa satisfactio qua
quis satisfacit, siue pro se siue pro alio, pretium quoddam di-
citur, quo seipsum, vel alium redimit à peccato, & à pœnâ:
secundum illud Danielis quarto. *Peccata tua elemosynis re-
dime:* Christus autem satisfecit non quidem pecuniam dando,
aut aliquid huiusmodi: sed dando id quod fuit maximum,
seipsum scilicet pro nobis. Et ideo passio Christi dicitur esse no-
stra redemptio.

Ad primum ergo dicen-
dam, quod homo dicitur esse Dei
dupliciter. Vno modo in quantum subiegitur potestati eius.
Et hoc modo nunquam homo desit Dei esse: secundum illud
Danielis quarto. *Dominatur excelsus in regno hominum, &
cuicumque volueris, dabis illud.* Alio modo per vnionem cha-
ritatis ad eum: secundum quod dicitur Romanorum octauo. *Sic
quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Præterea
modo nunquam homo desit esse Dei: secundo vero modo de-
sit esse Dei per peccatum. Et ideo in quantum fuit à peccato
liberatus Christo passo satisfaciente, dicitur per passionem
Christi esse redemptus.

Ad secundum dicendum, quod homo peccando obligatus
erat, & Deo, & diabolo: quantum enim ad culpam, Deum
offendit, & diabolo se subdidit, ei consentiens. Vnde ra-
tione culpa non erat factus seruus Dei: sed potius à Dei ser-
uitute recedens, diaboli seruutem incurrerat, Deo iuste
hoc permittente propter offensam in se commissam. Sed quan-
tum ad pœnam, principaliter homo erat Deo obligatus sicut
E summo iudici: diabolo autem tanquam tortori: secundum il-
lud Matthæi quinto. *Neforte tradas te aduersariis tuis iu-
dici.* & iudex tradat te ministro, id est, Angelo pœnarum cru-
deli: vt Chrysostomus dicit. Quamuis igitur diabolus inius-
te, quantum in ipso erat, hominem sua fraude deceptum,
sub seruitute teneret, & quantum ad culpam, & quantum per imper-
f. ad pœnam: iustum tamen erat hoc hominem pati, Deo per-
mittente quantum ad culpam, & ordinante, quantum ad
pœnam. Et ideo per respectum ad Deum iustitia exigebat,
quod homo redimeretur, non autem per respectum ad diabo-
lum.

Ad tertium dicendum, quod quia redemptio require-
batur

q. 46 art. 4.
ad 3. arg.

Heb. 13.

Gen. 22.

August.
Quantum si
significatio sit
de ratione
proprij sa-
crificij.

127.
Insgu. 49.
art. 2. & 3.
d. 19. ar. 2. &
3. d. 10. art. 4.
& op. 60. c. 8.
col. 8.

13. de Tri. c.
13 in princ.
107. 3.

Hom. 11. in
Matth. in 9.
non longe à
fin. tom. 2.

batur ad hominis liberationem per respectum ad Deum, non autem per respectum ad diabolum, non erat pretium solvendum diabolo, sed Deo: & ideo Christus sanguinem suum (qui est pretium nostre redemptionis) non dicitur obtulisse diabolo, sed Deo.

Quod in hoc articulo queritur, re ipsa diversum non est ab eo quod in precedentibus tractatum est: solumque proponitur ad explicandam metaphoram emptionis seu redemptionis, qua meritum, & satisfactio Christi pro nobis in divina Scriptura explicatur. De qua re satis, superque dictum est superiori to. disp. 4. lect. 3.

ARTICULUS V.

Virum esse redemptorem, sit proprium Christi.

268.
3. dist. 19. ar.
4. q. 2



Quintum sic proceditur. Videtur, quod esse redemptorem, non sit proprium Christi. Dicitur enim in Psalm. 30. Redemisti me Domine Deus veritatis. Sed esse Dominum Deum veritatis, convenit toti Trinitati. Non ergo est proprium Christi.

Glos. in 2. b.

2. Præterea, ille dicitur redimere, qui dat pretium redemptionis, sed Deus pater dedit filium suum redemptionem pro peccatis nostris, secundum illud Psalm. 100. Redemptionem misit Dominus populo suo. Glos. id est, Christum, qui dat redemptionem captivis. Ergo non solum Christus, sed etiam Deus Pater nos redemit.

3. Præterea, Non solum passio Christi, sed etiam aliorum Sanctorum proficua fuit ad nostram salutem: secundum illud Glos. 1. Gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ defuncti passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. Ergo non solum Christus debet dici redemptor, sed etiam alij Sancti.

Sed contra est, quod dicitur Gal. 3. Christus non redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus. Sed solus Christus factus est pro nobis maledictus. Ergo solus Christus debet dici noster Redemptor.

Respondeo dicendum, quod ad hoc quod aliquis redimat, duo requiruntur, scilicet actus solutionis, & pretium solutionis. Si enim aliquis soluat pro redemptione alicuius rei, pretium, quod non est suum, sed alterius, ipse non dicitur redimere principaliter: sed magis ille, cuius est pretium. Primum autem redemptionis nostra est sanguis Christi, vel vita eius corporalis, quæ est in sanguine, quo ipse Christus excoluit. Unde utrumque istorum ad Christum pertinet immediate, in quantum est homo, sed ad totam Trinitatem, sicut ad causam primam, & remotam: cuius erat & ipsa vita Christi, sicut primi authoris, & à qua inspiratum fuit ipsi homini Christo, ut pateretur pro nobis. Et ideo esse immediate redemptorem, proprium est Christi, in quantum est homo: quamvis ipsa redemptio possit attribui toti Trinitati, sicut prima causa.

Elicitur ex
Glos. ord. ib.

Ad primum ergo dicendum, quod Glos. hoc sic exponit, Tu Domine Deus veritatis, redemisti me in Christo clamant: in manus tuas Domine, commendo spiritum meum. Et sic redemptio immediate pertinet ad hominem Christum: principaliter autem ad Deum.

Ad secundum dicendum, quod pretium redemptionis nostre homo Christus soluit immediate: sed de mandato Patris sicut primordialis authoris.

Ad tertium dicendum, quod passiones Sanctorum proficiunt Ecclesie, non quidem per modum redemptionis, sed per modum exempli, & exhortationis, secundum illud 2. ad Corinth. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione, & salute.

Hinc articulum egregie exposuit Caietanus hic. Ex quo advertendum est primo, posse munus redimendi dici proprium Christi, vel respectu aliorum divinarum personarum, vel respectu aliorum hominum, vel etiam angelorum. Priori modo ita est proprium Christi esse redemptorem, sicut proprium est illius, incarnari, esse hominum, pati, & mori. Quocirca si redimere significet vitam suam, & sanguinem offerre pro hominibus, hoc ita est proprium Christi, ut non conveniat alijs personis. Si autem significet absolute conferre pretium, vel concurrere, & excitare, & movere ad ipsam pretij obligationem, sic non est proprium Christi: sed totius Trinitatis opus. Nam sicut tota Trinitas operata est incarnationem, ita etiam contulit Christo humanam vitam, & sanguinem, atque adeo pretium, quo nos posset redimere, eademque Trinitas inspiravit Christo voluntatem moriendi pro nobis, & illi cooperata est, ut seipsum pro nobis offerret in pretium. Quod si inquiras, an absolute Christus solus dicens sit nos redemisse, & non Pater, neque Spiritus sanctus: Respondeo, hoc ad significationem vocis pertinere, atque ita consulendum esse vsum eius. Videtur autem in Scriptura, præsertim in novo Testamento, ubi frequentius sermo est de hominum redemptione, Redimere, dici de eo, qui immediate solvit pretium, ideoque significare propriam actionem personalem Christi, sicut comedere, vel sanguinem effundere. Unde Apocal. 5. dicitur de agno, Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, & ad Titum 2. Expectantes beatam spem, & adventum glorie magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, &c. Et eodem sensu nomen Redemptoris absolute dictum, proprium est Christi, qui eodem modo dicitur, nostra sanctificatio, & redemptio. 1. ad Corinth. 1. & ita etiam redemptio sæpe attribuitur Christo, ut propria illius. ad Roman. 3. ad Ephes. 1. & ad Colos. 1. 1. ad Timoth. 2. ad Hebræos 9. Quia ipsius proprium fuit, dare animam suam in redemptionem pro multis. Matth. 20. Interdum verò redimere sumitur priori modo, & ita explicat D. Thom. hic ad illud Psalm. 100. Redemisti me, Domine Deus veritatis, id est, redemisti me per Christum, & in Christo: quamquam ad litteram redimere, illo loco nihil aliud sit, quam de manibus persequentium eripere, quæ significatio frequens etiam est in Scriptura. In ea verò significatione videtur propriè dictum Luc. 1. Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebi sue. Et eundem modum exponit D. Tho. in fol. ad 2. illud Psalm. 100. Redemptionem misit Dominus populo suo.

Posteriori modo, id est, facta comparatione ad alias personas creatas, certum est, proprium esse Christi esse redemptorem. Quæ de re videantur dicta priori tomo in commentario art. 1. quæst. 26. D. Tho. ubi exposuimus, quomodo Christus sit vnicus mediator inter Deum, & homines, idemque his nominibus Redemptoris, & Mediatoris significetur. Contra hoc verò obijcit D. Thom. in argumento 3. illud ad Colos. 1. Adimpleo ea, quæ defuncti passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. Et respondet, passiones Sanctorum proficere Ecclesie, non per modum redemptionis: sed per modum exempli, & exhortationis. Circa quam responsionem merito dubitat Caietan. quia præter illos duos modos exempli, & exhortationis, possunt opera iustorum prodesse alijs per modum satisfactionis, vel quia vnus propria voluntate potest pro alio satisfacere, illi suam satisfactionem applicando: vel quia satisfactione sanctorum in thesauro Ecclesie repositæ pos-

Dubium.

Redemptio
hominum
propria Christi
siquomodo.

Apoc. 5.

Tit. 2.

1. Corinth. 1.

Roman. 3.

Ephes. 1.

Colos. 1.

1. Timoth. 2.

Heb. 9.

Matth. 20.

D. Thom.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

Psalm. 100.

possunt per claus Ecclesie appellari aliis ad indulgentiam, & remissionem poenarum. At vero satisfactio pro alijs genus quoddam redemptionis est, quod quidem soluto pretio alter a poena liberatur. Ad quam obiectionem Caietan. multa dicit, nescio tamen an mentem D. Thom. satis explicant. Ego existimo D. Thom. prudenter egisse, id tantum attigendo, quod locus Pauli postulat. Nam reuera literalis sensus illius loci est, quem D. Thomas significauit. Nam passionibus Christi vere, ac proprie nihil deest, nisi vt nobis earum fructus applicetur, & in hoc laborabat Paulus exemplo, & doctrina, & propter hoc passionibus sustinebat, vt etiam in superiori tomo disputat. 4. sect. 10. attingimus, & fauente Deo, latius in materia de satisfactione dicemus. An vero passionibus iustorum possint alijs prodesse ad satisfactionem, quia neque huius loci erat, neq; breuiter explicari poterat, D. Thom. omnino ab ea questione abstinuit, & simpliciter negauit huiusmodi opera prodesse Ecclesie per modum redemptionis. Ita enim loquendum est absolute, & simpliciter, etiam si profint per modum satisfactionis: vel quia licet vnus possit satisfacere pro alio: non tamen de cōdigno, sed tantū de congruo (vt multi volunt,) vel quod certius est, quia non ex perfecta iustitia, quam nomen redemptionis significat. Et hæc videtur esse magis propria ratio, quam alia, quæ attigit Caietan. est illa non sint reiiciende, scilicet, quia satisfactio Christi, est simpliciter necessaria, alia tantum ex abundantia: illa liberat simpliciter ab omni culpa, & poena: hæc tantum a quadam poena temporali. Quibus etiam addi potest, alias satisfactiones non prodesse Ecclesie, nisi vt fundatas in Christo, ex cuius meritis, & virtute prouenit, vt inter membra eius esse possit satisfactio in communicatio. Deniq; propter has causas non dicitur homo redimere seipsum, quamuis possit pro se satisfacere, ergo multo minus poterit dici redimere alios, etiam si aliquo modo pro illis satisfaciat.

ARTICVLVS VI.

Vtrum passio Christi operata sit nostram salutem per modum efficientiae.

269

A Inf q. 49. ar. 1. Cor. Et op. 3 c 23.8. si est ad Ro 4. si.

A Et 1. Cori. 1. lect. 2. col. 4.

D sextum sic proceditur. Videtur, quod passio Christi non sit operata nostram salutem per modum efficientie. Causa enim efficiens nostre salutis est magnitudo diuine virtutis: secundum illud Isai. 59. Ecce non est abbreviata manus eius, vt salutare nō possit. Cuius autem crucifixus est ex infirmitate: vt dicitur. 2. ad Cor. 13. non ergo passio Christi inefficenter operata est nostram salutem.

2. Præterea. Nullum agens corporale efficienter agit nisi per
 contrarium, unde etiam & Christus tangendo mundum al-
 le-
 Mat. 26. in
 Me. & in o-
 pere im. ho-
 a. id in nu-
 tom. 2.

3. Præterea. Non videtur eiusdem esse operari per modum meriti, & per modum efficientie: quia ille, qui meretur, expectat effectum ab alio. Sed passio Christi operata est nostram salutem per modum meriti. Non ergo per modum efficientie.

Sed contra est, quod dicitur 1. ad Cor. 1. quod verbum crucis, his qui salvi sunt, est virtus Dei. Sed virtus Dei efficienter operatur nostram salutem. Ergo passio Christi in cruce efficienter operata est nostram salutem.

q 13, ar. 2 ^o Respondeo dicendum, quod duplex est efficiens, principale,
 & instrumentale. Efficiens quidem principale humana salu-
 tis, est Deus. Quia verò humanitas Christi est diuinitatis in-
 strumentum (ut supra dictum est) ideo ex consequenti omnes

A actiones & passionis Christi, instrumentaliter operantur in virtute divinitatis ad salutem humanam. Et secundum hoc passio Christi efficienter causat salutem humanam.

Ad primum ergo dicendum, quod passio Christi relata ad
Christi carnem, congruit infirmitati assumptæ: relata vero
ad diuinitatem, consequitur ex ea infinitam virtutem, se-
cundum illud I. ad Corinthh I. Quod infirmum est Dei, for-
tius est hominib. quia scilicet ipsa infirmitas Christi, in qua-
tum est Dei, habet virtutem ex: edentem omnem virtutem hu-
manam.

Ad secundum dicendum, quod passio Christi, licet sit corporalis, habet tamen spiritualem virtutem ex diuinitate unita. Et ideo per spiritualem contactum efficaciam sortitur, scilicet per fidem. Et fidei sacramentum, secundum illud Apostoli. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

Ad tertium dicendum, quod passio Christi secundum quod comparatur ad divinitatem eius, agit per modum efficientiæ: in quantum vero comparatur ad voluntatem in anima Christi, agit per modum meritis: secundum vero quod consideratur in ipsa carne Christi, agit per modum satisfactionis, in quantum per eam liberamur à reatu peccati: per modum vero redemptionis, in quantum per eam liberamur à servitute culpæ: per modum autem sacrificij, in quantum per eam reconciliamur Deo, ut infra dicitur.

Doctrina D. Tho. in hoc ar. difficilis plane est, nisi benigne explicetur. In quo tam ad rem explicandam, quam ad exponendam sententiam D. Tho. pro viribus laboratum est superiori to. disp. 31. sect. 7. Neque hoc loco aliquid addendum occurrit.

QVÆSTIO XLIX.

De effectibus passionis Christi, in sex articulos diuisa.



Einde considerandum est de ipsis effectibus pas-
sionis Christi.

Et circa hoc quærentur sex.

Primo, vtrum per passionem Christi si-
mus liberati a peccato. Secundo, vtrum per
eam simus liberati a potestate diaboli. Tertiò, vtrum per eam
simus liberati a reatu pene: Quarto, vtrum per eam simus
Deo reconciliati. Quinto, vtrum per eam sit nobis aperta
ianua cali. Sexto, vtrum per eam Christus adeptus sit exalta-
tionem.

Cum passio Christi potissimum operetur per modum meriti, & satisfactionis, nihil aliud est querere effectus illius passionis, quam querere quid Christus sua passione meruerit, aut pro quibus personis, vel pro qua re satisfecerit. De quo in priori tomo fuse disputatum est, & idem fere in tota haec quaest. nihil aliud praestabimus, quam designare loca, in quibus tractata vnaquarq; res est. Ordo vero huius, praecedentis quaest. videri potest quodammodo inuersus, quia prius oportebat inuestigare, quid causa posset operari, & deinde modum, quo potest operari: De Tho. vero voluit prius explicare varios modos operandi passionis Christi, quia ad singulos effectus possunt omnes, vel plures eorum applicari, quod in art. 1. & alijs praestat, estq; ad eorum intelligentiam obseruandum.

ARTICVLVS I.

*Virum per passionem Christi simus liberati à pec-
cato.*



Primum sic proceditur. Videtur, quod per passionem Christi non simus liberati à peccato. Liberare enim à peccato, est proprium Dei: secundum illud Isai. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me.